

omnia λόγια τῆς Θεῆς concredita erant eis, Rom. III, 2. Heterogenea, ex infra dicendis, constabit, excludenda esse.

§. V. In hac cathedra *sedere* dicuntur Pharisei. Fontes legunt ἐκάθισαν. Quemadmodum itaque cathedra Mo-
 sis innuebat dignitatem & officium Mo-
 sis: ita τὸ *considerare*
*in cathedra Mo-
 sis*, nihil aliud importat, quam I. *Officii illius*
legitimam consecutionem. Vti enim confessio super thro-
 num, est regum: ita collocatio super cathedram Mo-
 sis, do-
 ctorum, interpretum, & iudicum fuit inauguratio. Non ca-
 ret emphasi vocula ἐκάθισαν, in Aoristo posita. Inuestitu-
 ram enim Phariseorum, & vocationem legitimam, saltem
 mediatam, arguit, vt sententia eo redeat, Phariseos con-
 sedisse, collocasse se, & esse collocatos super Mo-
 sis cathedram. Indubium id vocare videtur LIGHTFOOTVS, qui,
 dum GALATINO se opponere vellet, in aliud extremum
 prolapsus, *Phariseos cathedram Mo-
 sis inuasisse*, scribit. Re-
 ctius ARETIUS in *Com. ad b. l. sensit*: *Sedere, in*
*cathedram Mo-
 sis, est ordinariam habere vocationem docendi*
*legem Mo-
 sis, & facere hoc ipsum, quod Mo-
 ses faceret prae-
 sens*. CAMERON pariter negat, phrasin hanc idem esse,
 quod succedere Mo-
 si, sed doctrinam tantum, quam Mo-
 ses
 tradidit, tradere, legere Mo-
 sem & Prophetas, & interpre-
 tari ad mentem Mo-
 sis, idque ideo, quod Mo-
 ses fuerit V. T.
 mediator, Pharisei non. Sed enim, si tam late Mo-
 sis offi-
 cium extendit, neminem habebit sibi refragantem, vtut ad-
 huc de voce mediatoris Paulina disputari ἄνω καὶ κάτω
 possit. Recte tamen cum GERHARDO l. c. affirmo, *Mo-
 si,*
in officio docendi & regendi, successisse Phariseos, qui simul
 erant sacerdotes & synedrii assessores, ac fecisse id ipsum,
 quod Mo-
 ses olim fecerat. Legitimam hanc successionem
 inficiari videtur etiam D. JOACH. LANGIVS, qui in A. B.
 p. 229. *Phariseos cathedram Mo-
 sis ipsos occupasse*, scribit.

Quod